

# Quaestio 10. 11. 12. 13. & 14. 361

Astrologus haberet 1. cen. annorum, igitur Princeps superuiuet 5. co. annorum quae sunt 5. radices annorum Astrologi. Et quia anni quos habet Princeps sunt in continua proportione, dices si 1. cen. producit 5. co. quid producet 5. co. multiplica 5. co. in se fit 25. cen. diuide per 1. cen. exit 25. & tot annos habebat Princeps. Deinde dic si 1. cen. producit 5. co. quid producet 25. multiplica 25. in 5. co. fit 125. co. diuide per 1. cen. exit  $\frac{125}{1.co.}$  & hoc est tempus quo

1. cen.	5. co.	25. anni	$\frac{125}{1.co.}$
---------	--------	----------	---------------------

superuiuet Astrologus: sed hoc debet aequari 10. radicibus cubicis temporis quod habet Princeps. Tale tempus est 25. anni ut visum est, igitur accipiemus 10. R. cubas 25. & erunt R. cuba 25000. & hoc aequatur  $\frac{125}{1.co.}$  Igitur multiplica omnia per 1. co. erit 125. aequale R. cu. 25000. cu. cubando igitur utramque partem, habebimus 1953125. aequalia 25000. cu. Diuide igitur 1953125. per 25000. exit  $78\frac{1}{8}$  igitur R. cu.  $78\frac{1}{8}$  est valor rei. Cum igitur anni vitae iam exacti Astrologi sint 1. cen. erunt igitur R. cu.  $7103\frac{31}{64}$ , & quia anni quibus superuiuet Princeps, sunt 5. co. multiplicabimus 5. in R. cu.  $78\frac{1}{8}$  & fit R. cu.  $6765\frac{5}{8}$  & tot annis superuiuet Princeps. Anni autem exacti Re-

Anni exacti Astrologi	Anni quibus uiuet
R. cu. $6103\frac{31}{64}$	R. cu. 25000.
Anni exacti Regis	Anni quibus uiuet
25	R. cu. $9765\frac{5}{8}$

gis fuerant 25. & anni quibus superuiuet Astrologus sunt  $\frac{125}{1.co.}$  igitur diuide 125. per R. cu.  $78\frac{1}{8}$  exit R. cu. 25000.

11 Vndecima, Fac de  $2\frac{1}{2}$  duas tales partes ita quod si addatur tertia in continua proportionalitate, productum secundae in tertiam sit 12. Posui autem  $2\frac{1}{2}$  ad facilitatem, quersitum est enim generale. Pone igitur quod vna partium quae est media sit 1. co. igitur si ipsa multiplicata in tertiam facit 12. igitur tertia quantitas est  $\frac{12}{1.co.}$  Dic igitur si  $\frac{12}{1.co.}$  esset 1. co. quid esset 1. co. per regulam trium multiplica 1. co. in se fit 1. cen. diuide per  $\frac{12}{1.co.}$  fit  $\frac{1}{12}$  cu. per dicta in libro practicae de diuisionibus, nam cum diuidis per aliquam fractionem multiplica diuidendum per denominatorem, & productum diuide per nume-

$\frac{12}{1.co.}$	$2\frac{1}{2}$	$\frac{1}{12}$ cu.
	1. co.	
Partes	12. co. p. 1. cu. aequalia 30.	
prima	$2\frac{1}{2}$ p. R. cu. 2. m. R. cu. 32.	
secunda	R. cu. 32. m. R. cu. 2.	
tertia	$1\frac{1}{3}$ p. R. cu. $65\frac{67}{125}$ p. R. cu. $\frac{32}{125}$	

ratorum, habes igitur secundam partem 1. co. & tertiam  $\frac{1}{12}$  cu. aequalia  $2\frac{1}{2}$  & ex con-

sequenti multiplicando omnia per 12. habebis 1. cu. p. 12. co. aequalia 30. quare per regulam cubi & rerum aequalium numero quantitas media quae est la. co. valebit R. cu. 32. m. R. cu. 2. Hanc detrahe ex  $2\frac{1}{2}$  fiet prima  $2\frac{1}{2}$  p. R. cu. 2. m. R. cu. 32. & tertia erit diuidendo 12. per R. cu. 32. m. R. cu. 2. per quaestionem 159. libri practicae & habebis 30. pro diuisore, & erit pars tertia R. cu.  $65\frac{67}{125}$  p.  $1\frac{1}{3}$  p. R. cu.  $\frac{32}{125}$ .

Duodecima, Inuenias tres quantitates 12. continue proportionales quarum productum primae in secundam faciat 6. & quadrata secundae & tertiae simul iuncta faciant  $1\frac{1}{3}$ . Hac est similis praecise praecedenti excepto quod habitis partibus oportet quadrare eas, quare habebis 1. cu. cen. p. 36. cen. aequalia 48. multiplicatis partibus per 36. Igitur per regulam suam inuenies duos numeros producentes 1728. qui est cubus de

$\frac{6}{1.co.}$	$1\frac{1}{3}$	$\frac{1}{6}$ cu.
	1. co.	
	1. cen.	$\frac{1}{36}$ cu. ce.
1. cu. ce. p.	36. ce. aequalia 48.	
	Valor rei.	
R. v. R. cu. 72. m. R. cu. 24.		

12. quod est tertia pars censuum, & tales differant in 48. Tales igitur erunt 24. & 72. quare valor rei erit R. v. R. cu. 72. m. R. cu. 24. & haec erit secunda quantitas: & tertia erit R. v.  $1\frac{1}{3}$  p. R. cu. 24. m. R. cu. 72: & prima erit illud quod fit diuiso 6. per R. v. R. cu. 72. m. R. cu. 24.

Decima tertia, Inuenias 5. numeros continue proportionales quorum R. quinti sit tripla ei quod prouenit diuiso tertio per primum, & productum quadrati primi in quartum sit aequale quadrato secundi. Tuscis ex capitulo quod prima quantitas necessario est 9. & quia multiplicatio quartae in quadratum primae est aequalis quadrato tertiae, igitur posita secunda 1. co. erit tertia  $\frac{1}{9}$  cen. & quarta  $\frac{1}{81}$  cu. quare multiplicato  $\frac{1}{81}$  cu. in quadratum primae quod est 81. fit 1. cu. & hoc aequatur  $\frac{1}{81}$  ce. ce. quod est quadratum tertiae quantitates. Igitur 1. ce. ce. aequatur 81. cu. igitur res valet 81. & secunda quantitas est 81. tertia autem 729. & quarta 6561. & quinta 59049. cuius R. est 283. quod est triplum ad 81. & est proportio tertiae ad primam. Et ita poteris multas solvere quaestiones tales.

Decima quarta, Fac de 10. partes 3. continue proportionales, ita quod productum secundae in tertiam sit triplum quadrato primae, pone quod prima sit 1. secunda 1. co. tertia 1. cen. multiplica primam in se fit 1. multiplica secundam in tertiam fit 1. cu. igitur 1. cu. est triplum ad 1. Igitur 1. cu. aequatur 3. igitur valor rei est R. cu. 3. & quia tertia quantitas est 1. cen. igitur erit R. cu. 9. Habes igitur tres quantitates continue proportionales ex quarum multiplicatione secundae in tertiam sit triplum primae &